



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De h[oc] q[uod] rogabat agrippa festu[m] ca. cxiiij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**



rit stare cū alonge retro constitutus esset preses a claudio. Festus autē missus ē a nerone q̄ successit claudio. Si autē intelligat biennio ab accusatione pauli, nec sic poterit stare. Non enim adhuc fluxerant duo anni ex quo uenerat in hierusalem. Intelligendū est ergo biennio ab accusatione felix, ex q̄ scilicet accusatus est a iudeis.

De seditione inter iudeos et gentes.

Capitulum CXII.

**R**ta est enim dis-

sentio inter iudeos et gentes in cesarea de honore ciuitatis. Iudei enim preferrebant se gentilibus, quia herodes ascalonita q̄ circūcisionē accepit fuerat conditor ciuitatis, et appellauerat eā cesaream in honorem cesaris. Gentiles se preferbant iudeis dicentes q̄ a gentilibus facta est p̄maria edificatio ciuitatis, q̄ anteq̄ reedificaret ab herode dicta est p̄irgo stratonis. Felix autē p̄mo fuit pars iudeorum, donec exhausit maria supra eorum. Postea fuit pars gentium, in tantū q̄ militibus gentium dedit licentiam intrandi domos iudeorum, et diripiendi bona eorum. Tū accusatus ē a iudeis ad heronem, et biennio ab accusatione amorus ē a p̄sidatu et substitutus ē ei festus. Volēs autē in fine p̄sidatus sui placere iudeis, reliquit paulū vincitū. Festus autē cū uenisset in puincia post triduum ascendit hierosolimā a cesarea, et rogauerūt eū p̄ncipes sacerdotum et p̄rimi iudeorum, ut iuberet adduci paulū in hierolimā parates ei istas ut occiderēt eū in uia. Festus autē r̄ndit se in cesaream maturus descendens, et eorum accusationē si p̄ter decederent ibidem auditurū.

De appellatione pauli.

Capitulum CXIII.

**E**moratus autem

festus in hierolimā paucis diebus descendit in cesareā et sedit p̄ tribunali. et p̄ducit est paulus in mediū, et accusatus est in multis ab his q̄ descenderāt de hierolimā, sed non poterat p̄bare q̄ obijcebant ei, paulo in omnibus rationem reddente. Festus autē volēs placere iudeis ait paulo, Vis ascendere in hierolimā, et de his iudicari apud me. Ad quē paulus, Ad tribunal cesaris ito, ubi opto me iudicari. Erat autē sedes in cesarea iuxta quā stabat paulus,

quā parauerat herodes cesari ut in ea sederet siquē ueniret in cesareā, ut quis mitteret iudices. Et excusabat se paulus dicens, Iudeis non noto cui sic nosti. Si quid dignū morte commisi, uolo mori. Si pro nihil commisi, nemo est q̄ audeat me tradere illis, quia cesareā appello. Tū festus cū p̄silio respondens ait, Ad cesareā appellatus ad cesarem ibis.

De hoc quod agrippa rogabat festum.

Capitulum CXIII.

**C**um dies alii

q̄ tractati eēnt, descendit agrippa in cesareā cū uxore sua beronice. Iosephus dicit de beronice, Non est intelligendū, q̄ fuerit uxor eius sed quasi uxor. Erat enim soror eius, id est cognata secundum idioma hebreū, et tēnerrime eā diligebat et imponebat ei q̄ abutebatur ea. Descendit autē rex agrippa in cesareā, auditus q̄ ibi eēt festus ut accusaret iudeos apud eū. Iste namq̄ agrippa infestus erat iudeis quia cū accepisset potestatem a romano imperatore constituendi summū sacerdotem in hierolimā constituebat eos sacerdotes q̄ non erant aaronite. Fecerat enim in palatio suo fenestrā eminentem, unde poterat uidere quicquid fiebat in templo sacrificia. Quōd moleste sustinentes iudei fecerant oppositū murū fenestre eminentis orē fenestra. Uenerat ergo specialiter agrippa, rogatus festū ut murem illū obrueret. Causam tū descendit in cesaream, non habes in historia actū, sed iosephus supplet.

Quomodo porauit paulus coram festo et agrippa.

Capitulum CXV.

**U**ngq̄ descendit

festus agrippa: honorifice receptus ē a festo, et cū p̄ dies plures moram fecisset cū eo cōsuluit eū q̄d faceret de paulo. Et exposita ei accusatione iudeorum contra paulū, respondit agrippa se uelle uidere paulum. Altera die uenit agrippa et beronice cum multa ambitione, id est cū multa turba eos ambiens, uel cū multa ambitione, id est cū multis p̄lici apparatu, uel cū multa ambitōe, id est cū multo desiderio ambiendi paulū. Et cū introisset auditōriū cum tribunis et uiris p̄ncipalibus ciuitatis, iubente festo adductus est paulus, et dixit festus, Agrippa rex et uos

R 5